Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



audiuit eum quod ipse inuisset in
regem pro patre eius quia amicus
fuit hiram dauid omni tempe
ore misit autem salomon ad hi
ram dicens tu scis uoluntatem da
uid patris mei quia non potuit edi
ficare domum nomini dei sui propter bella
in circuitu donec daret
eos dominus sub uestigio pedum ei
nunc autem requiem dedit dominus
deus michi per circuitum non est satan
nec occursus malus quam obrem co
gito edificare nomini domini dei mei sicut
locutus est dominus deus dauid pri
meo dicens filius tuus quem dabo p
te super solium tuum ipse edificabit domum
nomini meo precipe ergo ut precidant
michi cedros de libano et serui mei sit
cum seruis tuis operercedem autem seruo
rum tuorum dabo tibi quicquid petieris
sicut enim quoniam non est in
qui nouit ligna cedere sicut sidonii
illi cum ergo audisset hiram iuba salo
monis letatus est ualde et ait benedic
tus dominus hodie qui dedit dauid
filium sapientissimum super populum hunc
plurimum et misit hiram ad salomonem
dicens audiui quecumque mandasti mi
hi faciam uoluntatem tuam in omni
bus lignis cedrinis et abiesinis seruiet
deponent ea de libano ad mare et ego
componam ea in ratibus in mari usque
ad locum quem significaueris michi et
applicabo ea tibi et solues ea inde pre
bebis que necessaria michi ut detur cibi
domui meae itaque hiram dabat salo
mon ligna cedrina et ligna abiesina iuxta
omnem uoluntatem eius salomon at
dabat hiram xx milia coronum tri
tici in cibum domui eius et uiginti
choros puissimi olei hi tribuebant sa
lomon hiram per singulos annos dedit
que dominus sapiam salomoni sicut lo
cutus est ei erat pax inter hiram
et salomonem et pepigerunt fedus amico
rum fecit que rex salomon oparios de omni
israel et erat indicio xxx milia uirorum
mittebat que eos in libanum x milia p
menses singulos mutatim ita ut duobus
menibus essent in domibus suis et
adonias erat super huiusmodi indicio
fuerunt itaque salomoni lxx milia
eorum qui onera portabant et octoginta
milia lotomorum in monte absque
positis qui perant singulis operibus
numero trium milium et trecentorum
prepositorum populo et his qui faciebant
opus precepit que rex ut tollerent lapides
grandes lapides pretiosos in fundamen
tum templi et quadrarent eos quos
dolauit cementarii salomonis et ce
mentarii hiram porro biblii preparau
runt ligna et lapides ad edificandam
domum factum est anno quadringentesimo octogesimo
anno egressionis filiorum israel
de terra egypti in anno quarto mense
zio ipse est mensis secundus regis salomonis
super israel edificare cepit domum domino
domus autem quam edificauit rex sa
lomon domino habebat lx cubitos in
longitudine et xx cubitos in latitudine
et xxx cubitos in altitudine porticus
erat ante templum xx cubitorum lon
gitudinis iuxta mensuram latitudinis
templi et habebat x cubitos latitudinis
ante faciem templi fecit que in templo
fenestras obliquas et edificauit super
parietes templi tabulata per gyrum i
parietibus domus per circuitum templi